Copia Sereniss. Fürst Fridrichs zu Anhalt fürstl. Antwort

an

Bürgermeister u. Rhat der Stadt [illegible].

Edler, Ehrnvester, Hochgelerter, Insonders großgünstiger Ehrender lieber Herr und allerbester Freündt.

Demselben seyen und verbleiben hinwiderumb, neben [illegible] salutation meine guttwilligen und angenemme dienst, mit einem sehr aller selbst begerten wolfart, zuvor.

Sein geliebt schreiben, under [illegible] an mich, hab ich gestrigs tags zurecht erhalten, und daraus mit sonderm erfreüen vernomen, das er meinem letzten schreiben, und was ihm etwan von gutten freunden, meiner angebottenen gutten vertraülichen freündschafft hal-ber [illegible] aus aufrichtigem hertzen, und dannenhero [illegible] möchte [illegible] participirt worden sein, sowol deferirt und mich mit gleichmeßiger offerten, seiner gutten affection versi-chern will: Das dann (geliebts Gott) zu seiner glückhlich ahn-kunfft, deren ich mit verlangen erwarte, bey antrettung seines Kirchendiensts, verhoffentlich beiderseits dergestalt fürtrefflich pra-cticirt werden solle, das Gott, und unsere liebe obrigkeit [illegible] wir als treüen Collegen fürtreffliche diener, ein gnedig und göttlich gefallen hieran trage, und es sie mit heißen, tu mihi sis Pylades, et ero tibi fidus Orestes: damit ich dann diß mein erwiedrung schreiben will beschlossen, und nach diß doch freündtlich gebetten haben:

Weil meinem günstigen Herrn von vorigen Zeiten her (als er sich etwa in [illegible] nach [illegible]) das ich, ohnbeschwert meines alten Berufs in Facultate Medica, auch [illegible] (wie man pflegt zu sagen, die alten Katzen das mausen nit lassen können) meinen lust, und ergötzligkeit hab mit den Plantis, und auch [illegible] die vornembsten, und besten Authores, die von dieser matery in Lateinischer und teutscher sprach geschriben, bey der hand hab, da-nach auch trachte, sowol es amblsgeschäfften halber mir zulässig, als [illegible] nach und nach ein Herbarium [illegible] wider zu-samen zu tragen (so mir Gott nachsoviel Zeit das leben gonnt, und ge-sundheit verleihet) daß der Herr mir, als ein rechter Meister und auch liebhaber dieser kunst, mit hilf auch das seine beytragen: da-rumb ihm günstig belieben wolle, so er etwas curiosis in seiner [illegible] reiß, so etwa von frischen kreüttern, od Vivirativ. zu bekomen, dar-durch mein kreutter, od blümengärtlin an der begen zuhalten, mich dir gebürende befelhen, mit herrnen, der sonst nachsehende.

Solchen favor beschuldig, ich mit anderen gegen den Her-
ren, und Ihn denselb, damit dem schönen Gottes, und mich
zu angenemmen Diensten, und freündschafft craft bevehlen.
Dat. St. Gallen Canzley d. 16. k. Martij. Ao. 1663.

Des Herren

Freündtlich gutwillige [illegible]

Cantzley St. Gallen. Stattschreiber daselbst.

Hr. Herr Barthlome Schmid [illegible]
meinem [illegible], lasse
den Herrn auch zu salutieren.

agere, domesticamque tibi solicitudinem lenteos et
Diem adventus tui per hunc ipsum, qui tibi has offeret,
occasio forte offertur, subito prende: repente fugit. [illegible]
scriberem, si per occupationes liceret alias. Satis tamen
dum, ubi intellexero, non tam mea verbis; quamquam
hactenus fuisse scio; quam ipsius Magistratus auctori[illegible]
carnisse. Deus, ut votorum meorum habeas sum[illegible]
tibi inspiret consilia! Idem te mavoxi clemente[illegible]

Tiguri, 3. Aprilis, 1665.

Dem Edlen, Ehrenvesten, Hochgelehrten, Herrn Dr. Johan Jacob Jörlin, Fürstl. Anhaltischen Hoff Medico und geheimen Secretario: meinem großgünstigen, hochgeehrten Herrn und allerbesten lieben Freund. Zu handen

Francò.

Harzgerode.

S. pl. Reverende et Doctissime Vir, Domine atque Amice charissime.

Responsum ad ultimas tuas, 20. Martii datas, semel atque iterum serio meditabar: at semper volentem alia impediverunt negotia. Nunc, quod huc usque dilatum, Amplissimi Magistratus jussu facio. Conquestus es, contra datam fidem te à Domino Mylero esse neglectum: omnia tectè(?), et nisi bona fide esse gesta: inanibus promissis et verborum lenociniis tibi hactenus illusum; et quae sunt ejusdem commatis alia. At, si rem totam sedato consideraveris, et paulo accuratius examinaveris animo, nihil in toto negotio tandem invenies, quod non prudentissimè, et singulari cum circumspectione sit administratum. Quicquid Dn. Mylerus egit, non proprio egit motu, sed superiorum mandato: superiores verò gloriam Dei et numerosissimi Coetus aedificationem sibi habebant propositam. Ad eandem metam eorundem consilia etiamnum tendunt omnia. Non usque adeò rerum es imperitus, ut ignores, quantâ curâ, quantis sumtibus Amplissimus Magistratus noster causam, pluribus in locis, in Turgovia imprimis, defendat Evangelicam. Nec illud te fugit, quanto subinde nisu alii ejus sese opponant conatibus. Non semel tantum, nostris hanc causam esse propriam, es fassus. Eorundem erga te, ferè à teneris, benevolentiam depraedicasti: observantiam etiam erga eos in omnibus promisisti. Sperabam, eundem tibi semper animum fore, et, ut sit, ultimas meas ad te dedi. Sed experientia contrarium jam docet. Nosti, ad quid digitum intendam: sane(?) non est opus, ut rem ab ovo repetam. Praevidebam ea, quae jamjam in luce, et conspectu omnium sunt posita: dissensiones nimirum, et animorum distractiones, controversiam inter Amplissimum Magistratum nostrum et Episcopum Constantiensem, alia inde pullulantia infinita ferè mala. Horum omnium autorem si inquirere lubeat, non alium, quam te ipsum deprehendemus. Ignosce; liberè, quod sentio, scribo. Ni intempestivis tuis interessisset(?) ambitibus, nec Magistratus noster, nec Coetus Arbonensis laboraret. In te ipsum, quaeso, descende, et, utrum haec regia, vel divina potius in Ecclesia Christi ministerio emergendi sit ratio, tecum perpende. Longè alias Paulus et Timotheo et Tito praescribit regulas, longè alia à quovis Verbi ministro requirit ornamenta(?), animum alium. Quid multis; quamvis longè de te meliora mihi promittam; si usque deinde(?) habitis, Ecclesiam istam turbare pergeres, non posses non maximi infortunii tibi ipsi faber esse. Considera, longas Regibus, aliis etiam Magistratibus, esse manus. Existimasne, te tuis tergiversationibus, vel potius oppositionibus id tandem impetraturum, ut tibi uni tantae et autoritatis et potestatis Respubl. cedere cogatur? Ridiculum esset, hoc vel somniare. Extrema potius tentabuntur, quam quidquam fieri permittatur, quod cum Ecclesiae Christi certissimo conjunctum esset detrimento. Quid igitur consilii? Si me audis, facies, quod Deo gratum, Ecclesiae utile, tibi ipsi erit honestum. Quemadmodum omnem hucusque movisti lapidem, ut Amplissimi Magistratus nostri electionem novi Ministri irritam reddere posses: ita deinceps in id unum omni ope incumbes, ut omnes intelligant, te genuino Ministri charactere esse insignitum, qui est, vocantem exspectare Deum, vel eos, quibus Ecclesiae suae curam commisit. Id unum ages, ut eorum tibi rursus benevolentiam pares, quos abs te haud parum offensos vides, quique tibi vel obesse, vel prodesse poterunt. Quae mihi salus à multis annis curae fuit: curae est nunc maximè, cum te in praesenti constitutum video periculo, ex quo te ereptum sincerè cupio. Obtempera, rogo, obtestor, optimè tibi tuisque omnibus(?) volenti. Siquidem te poeniteat facti, omnem ego culpam praestabo. Proceres quoque tibi ex animo favent, et, ut eos tibi favere credas, durum(?) in proximam hebdomadam ad nos adventum petunt, urgent, quo se coram tecum agere, domesticamque tibi sollicitudinum aculeos(?) et scrupulos eximere queant. Diem adventus tui per hunc ipsum, qui tibi has offeret, designabis. Commoda felix occasio forte offertur, subitò prende: repente fugit. Plura in eandem sententiam scriberem, si per occupationes liceret alias. Satis tamen copiosè me scripsisse credam, ubi intellexero, non tam mea verba; quanquam illis quoque apud te locum hactenus fuisse sciam; quam ipsius Magistratus autoritatem suo pondere non caruisse. Deus, ut votorum meorum habeas summam, sana et salutaria tibi inspiret consilia! Idem te maximè clementer conservet.

Tiguri, 3. Aprilis, 1665.

Tuus omni studio

Joh. Casparus Suicerus.